

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIT CONCILIVM TOLETANVM OCTAVVM CELEBRATVM ERA. DCLI. SEXTO
CALENDAS IANVARII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

Id etiam placuit vt pro reuerentia principis, ac regie sedis honore, vel metropolitani ciuitatis ipsius, & consolatione conuicini Toletane vrbe episcopi, qui eiusdem pontificis admonitionem acceperint singulis per annum mensibus in eadem vrbe debeant commorari, messiuus ac vindemialibus feriis relaxatis. Nos autem immortalis deo, & glorioso Cindasindo principi ob cuius votum in hanc urbem sancta deuotione conuenimus, gratias vnanimiter offerentes optabili annisu deposcimus, vt sancte ecclesie catholice fidei semper ac pacis cumuletur affectus, & memorato principi cum prosperitate presentis regni futuri etiam largiantur premia gaudii, ipso prestare qui in trinitate vnus deus viuit & gloriatur in secula seculorum. Horotius in Christi nomine sancte Emeritensis ecclesie metropolitani episcopus hec constituta definiens subscripsi. Similiter & alii episcopi subscripserunt numero triginta octo.

Explicit concilium Toletanum septimum.

INCIPIUNT CAPITVLA CONCILII TOLETANI OCTAVI.

i	Allocutio reccesiunthi regis ad synodum.	vii	De his qui post assumpta ecclesiasticarum dignitatum officia, ad coniugia redeunt.
ii	De catholice fidei plenitudine.	viii	De non ordinandis his qui psalmorum canticorum, seu hymnorum ignari sunt.
iii	De incauto iuramento.	ix	De his qui pretextu incōmode egritudinis quadagesime ieiunium soluunt.
iiii	De his qui sacrosanctos ordines muneribus assequuntur, & fautoribus eorum.	x	De his qui aut per auctoritatem aut per vim ordinati sunt.
v	De incontinentibus episcopis.	xi	De confirmatione vniuersalium decretorum.
vi	De incōtinētibz presbyteris, ac diaconibus, & feminis que talibus coniunguntur.	xii	De iudeis.
	De incontinentibus subdiaconibus.		Expliciunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM
TOLETANVM OCTAVVM CELEBRATVM ERA. DCLI. SEXTO
CALENDAS IANVARII.



ANNO QVINTO ORTHODOXI ATQVE GLORIOSI, & vera clementie dignitate precipui reccesiunthi regis, cum omnes nos diuine ordinationis voluntatis eiusdem principis serenissimo iussu in basilica sanctorum apostolorum ad sacrum synodi coegisset congregari conueniunt, dies tandem leticie appetitu diutissime preoptatus & gratus affuit, & iocundus tanto nostri pectoris audiori voto susceptus, quanto ad remedium salutis extiterat anhelatum precordiis exquilitus. Cūq; ex more vnusquisq; nostri ordinis sedes debitas occupasset, & euentū rei tranquille intentionis expectatio sustineret, adest serenissimus princeps pia religione plenissimus, & summo laudum titulo gloriosus, qui se nostro cetui reddens accliuē, vt hunc omnipotenti domino precibus commendaremus astans dulcibus vt filius nos cohortatus est verbis, grates deferens deo virtutum quod sue iussionis implentes decretum in vnum fuisset adunati concilium, sed cum tam humilem cognouissemus eius anime voluntatem, & tam sublimis glorie celsitudinem videremus accliuem, tanta sumus inde gloria exultationis succensi, vt grates illi debitas et honorem, & leti redderemus, & cernui, sed quātum extulerat principem humilitatis ordo sublimis, tantum ad exercitia summe virtutis instruebant exempla sacratissimi principis formam nostre religionis, tum relatis deo laudibus de vnitatis alterne prouentu magna nos cum tranquillitatis gratia allocutus est dicens, Et si summus auctor rerū me diue memorie domini genitoris mei temporibus regni sede subuexit atq; ipsius glorie deferens participem fecit, nunc tamen cum ipse requiem eternarum adeptus est mansionum, ea que in me totius regiminis transfusa iura reliquit ex toto diuina michi potentia subiugauit, vnde quia regendorum membrorum causa salus est capitis, & felicitas

k. iij.

populorum non nisi mansuetudo est principum, votive decreui vobis coram positis & votorum meo-
rum deliberationes sanctione patula referare, & studiorum apta decreta sincera exhibitio deferre. At vero
quia anhelum pectus se in promissionum compita diffundit, ne pigritie fessum retardationis ene-
ribus se submittat, longam prosecutionem compendio breuitatis asinxi, & quod productionibus lo-
quelarum in concione diffundere potui, totum in Tomi huius complicamento prorsus alme vestre
sanctitudini offerre decreui, id magno precatu deliberationis exhortans, ut quecumque illic tenentur as-
scripta valido attendatis intuitu, sagaci perscrutemini studio, & quecumque extiterint placita deo, vestri
oris ad nos sacro referatur oraculo. Accepto deinde oblato nobis tomo agentes domino gratias acclamaui-
mus, gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bone voluntatis. Post huius exultationis beate gau-
diu, & celestis glorie hymnum eidem sacro principi benediximus, referatoque tomo hec inibi contexta repimus.

In nomine domini Flavius Recceswinth rex reuerentissimis patribus in hac sancta synodo residentibus san-
ctis episcopis. Admirabili dono regulam fidei mee solidam tenens, & instructam agnoscens, atque in honore eius
diadema glorie cum cordis humilitate prosternens, illo letus auditu quod omnes reges terre seruauit, & obe-
diunt deo, eo reuerendi patres excelsiori michi venerationis honore sublimes coram vobis aduenio in gratiam
mansuetudinis vestre studiū conuocans, & ad testimonium visionis vestre me & coram omnipotentis dei nutibus
tremendis inclinans, referens illi corde leto gratias opulentas, quod vos clementia voluntatis ipsius ex nostre
iussu celsitudinis ad huius sancte congregationis votum dignatus est deducere ceterum, confidens tam michi quam
vobis & in presentium serie temporum, & futurorum longitudine seculorum eius adesse gratie premium, quoniam vestra con-
cordia in conueniendo unanimam ac religiosam demonstratis affectum, & dispositionis mee in regendis
populis quam piū sit poteritis patenter agnoscere votum. Nunc igitur quia monens prelocutio longe di-
ctationis non capit excessum, quod de sancta fide noueri quam celitus illapsam michi per sanctorum apostolorum frequen-
tiumque patrum ora cognoui, seu quod de futuris negotiis per quibus hunc conuentum congregationis coadunari
pencilui intimare decreueri, in huius tomi serie conscripta tenete, ac relicta pernoscite, & cunctis que teneri
eius nostre amplitudinis potestas impressit vestre beatitudinis grauitas effectum tam eis promat, ac miseran-
ter impendat, quam nostre mansuetudinis serenitas hoc nobis iplenda commendat.

A Exordium itaque allocutionis mee ex diffinitione sancte fidei iohannis, cetera que futuris sunt persecu-
tionibus intimanda velut supra soliditatem Petre constructum a deo etiam operis mei edificium congressum,
eo consequentia validum ponam, quo decentius firmissima protuleri. Prio itaque coram se reuerentia vestra habeat quod
nosse non abigit me orthodoxe fidei veram sanctam, & sinceram regulam de corde puro, & conscientia bona plenissimam
me habere, veraciter scire & firmissime retinere, atque eam ita complecti atque venerari, atque diligere, sicut eam sancta
apostolica traditio docet, sicut etiam sancta synodus nicena constituit, sicut constantinopolitana sanctorum patrum congre-
gatio definiuit, sicut ephesini primi ceterum unitas affirmauit, sicut Calcedonensis concilii definitio protulit,
hanc cum fidelibus seruamus ad hanc saluandos infideles inuicem in hanc subiectos populos reges, hanc propriis gen-
tibus tenendam insinuamus, hanc in populis alienis annuntiamus, ut in illa glorificamus deum, & iter mortales me summe di-
uinitatis felicitas assequatur, & in terra viventium hereditas a me glorie capiat. En reuerentissimi
patres quantum ad veritatem fidei sancte pertinuit ex toto animam meam sue confessionis titulos ex-
plicuisse honorificentia vestra pensauit, iam nunc magnopere arbitror esse michi opportunum que ten-
dimus societati eiusdem vere fidei studia sancte operationis innectere, ne hanc aut sine operibus mor-
tuam habeamus, aut non plenitudinis sue dignitate perspicua decidat inhonesta, dum scriptura non
silente de quibusdam inferat qui dicunt se nosse deum factis autem negant. Ut ergo hanc fidem supra
lapidem illum solidatam quem reprobauerunt quidam edificantes. Idem tamen a domino factus est
in caput anguli, & est admirabilis in oculis nostris plenius habeamus eiusque insignibus decetius ex-
ornemur, attendite cuius operis fructum, cuiusque operationis augmentum studiis huius sancte fidei
consociare velimus, & innectere quatenus opere optemus. Itaque reuolutis retro temporibus, ita vos omnem
que populū iurasse recolimus, ut cuiuscunque ordinis vel honoris persona que in necesse regiam excidiumque go-
thorum gentis, ac patrie detecta fuisset, vel cogitasse noxia vel egisse, irrevocabilis sententie mulctatus atro-
citate nusquam mereretur venire remedium, vel alicuius temperantie percipere qualecunque subsidium. At nunc
quia graue onerosumque censetur, quia pietatis actibus graui contradictione hec sententia resultare per-
peditur, & sic funditus damnationis astipulatio retinetur, ne pietati que apostolo precipiente ad omnia utilis
est, quicunque aditus reseruetur, vestris hec committo fidei animo sacris tractanda iudiciis, ac dirimenda
mensura, ne aut in iuramento conditio teneat reos, aut impietatis ultio habeat in humanos, sicque vestri
nos instruat

nos instruat forma iudicii, vt subiectos populos nec in pphanationib⁹ habeamus subditos, nec imple-
tatis vinculis doleamus cōtaminatos. Post huius cōtentionis alloquiū sequentiū causas negotiorum
simili quoq³ subiungim⁹ vos intendere attentione, Decernimus attestātes vniuersitatē nostrā per sū-
me diuinitatis coequalē & coeternam & inseparabilem trinitatē, atq³ illius mysterii sacramētū quod
incarnatū dei filiū de spiritu sancto & maria virgine pro salute mūdi vera fides in toto orbe denūtiat,
atq³ aduentū eiusdē iesu christi filiū dei nostri domini, quo p̄mendi sunt impij, & regnū ei⁹ quo glo-
rificandi sunt sancti, vt quęcunq³ negotia de quarūlibet querelarū auditibus extiterint, patefacta cum
iusticia & vigore misericorditer & cū tēperamento miserationis iustissime cōcorditer terminētur in
legū sentētiis que aut deprauata cōsistūt, aut ex supfluo vel debito cōiecta vidētur nr̄e serenitatis accō-
modate consensu hec solū que ad sincerā iustitiā & negotiorū iufficiētiā cōueniant ordinētis, cano-
nū obscura quedā & in dubiū versa i meridiē lucide intelligentie reducatīs, omniūq³ negotiorū cōuē-
tus ordinūq³ status qui in vestrā extiterit deuoluti presētiā ita maiorū regulis concordantes iustissi-
me pieq³ ac temperanter cōstituere studeatis, vt & mihi qui ad studiorū fructus bonorū anhelō pars
beatorū adueniat, & vos qui adimplentes voluntatē dei me non spernitis imprecātē religiō beatitudinis
eterne suscipiat, & visio delectationis dei sibi phenniter inherere cōcedat, Vos etiā illustres viros quos
ex officio palatino huic sancte synodo interessē primatus obtinuit, ac nobilitas spectabilis honorauit,
& experiētia equalitatis plebiū rectores exegit, quos in regimine socios i aduersitate fides, & in p̄spe-
ris āplector strenuos, p̄ quos iustitia leges implet, misratio legis impletur, cōtra iusticiā legū moderatio eq-
tatis tēperatiā legis extorquet, & adiurās obtestor p̄ oē illud admirabile & solū vni⁹ sacre fidei sacramē-
tum, et per venerabilē oīm sanctorū patrū per quē obtestor sanctum cōuētū, vt ad cuncte veritatis ac
discretiōis iustissime formulā ita animos dirigatis, vt nichil a consensu presētiū patrū, sanctorūq³ vi-
rorū aliorū mētis ducentes obtutū, quicquid innocētie vicinū, quicquid iusticie p̄ximū, quicquid
a pietate nō alienū, vel solī deo agnoueritis existere placitū, instanter modeste & cū omni dignemini
intētiōe cōplere. Sciētes quia in eo quod hec mea sobriavota cōpletis, vos amabiles deo assignatis, &
i eo qd̄ decretorū nr̄orū edicta fauoris exhibitōe corroboro me vobiscū siml cū dño placiturū assigno
In cōmune iam vobis cūctis & diuini cultus ministris idoneis, & ex aula regia rectoribus diuini no-
minis adiuratiōe cōstrictis, adiicio cōsēnsiōis mee verū purūq³ p̄missum, vt quodcūq³ iusticie aut pi-
etati salutarisq³ discretiōi vicinū decernere seu adimplere cū cōsensu elegeritis oia fauētē deo perficiā,
et aduers⁹ cōmoda cōtrouersiarū p̄missis illis que ad domesticos fidei regula veritatis p̄tinuisse p̄ba-
uit adhuc aliā beatitudinis vr̄e cōuētū eiusdē fidei debita sctā deposcit cōnectēs me in sequēdis tra-
ditionib⁹ cōfirmo causā que vr̄e dignitati p̄bat nō extranea, quālibet p̄ me lucrari, xps exhortē, in i-
micā sibi tñ esse nō ambigit, donec quod ardentē optat, obtineat, Iudeorū scilicet & vitā moresq³ de-
nuntio, quorū tantūmodo noui terrā regiminis mei pollutā esse peste contagii. Nā cū de⁹ oipotens
oēs ex hac regione radicit⁹ extirpauerit hereses, hoc solū sacrilegii dedec⁹ remāsisse dīnoscit, quod aut
nr̄e deuotionis instantia corrigat, aut vltionis sue vindicta dispdat, Ex eis enī quosdā traditiōis errore
vetusto video retinere iura p̄fidie, quosdā vero sacri baptismatis expiatos ablutione ita in apostasie de-
nuo relapsos errorē vt detestabilior inueniat, in eis platio blasphemie, quā in illis quos nondū constat
purificatos esse regnatiōis sacre liquore, pro quo bone intētiōis agone & lucto fidei vere obsecro reue-
rentiā beatitudinis vestre atq³ supra taxato contestor tremēde cōiuratiōis tenore, vt absq³ omni fauo-
re, absq³ oī psonarū partis ipforū acceptione, quicquid ad dñi & redēptoris mei iesu christi verā fidē ve-
rumq³ p̄tinet honorē, de his iubeatis ardētē & verissime deo ac fidei mee placitā sniam dare, vt sicut
michi diuina pietas regnū fidelīū dedit, cū quibus eā cognoscit, ita quoq³ infidelīū assequi tribuat
lucrū, i quib⁹ volūtatis sue fieri bonū & in ei⁹ cōuenisse cōgaudeā venerabile regnū, Datū sub die ka-
lendarum Ianuariarū, anno feliciter quinto glorie regni nostri. In nomine dñi Flauij⁹ reccelsūth⁹ rex
hanc fidei & bone voluntatis mee deliberationem manu mea subscripsi.

Capitulum primum.

Relecta omni pagina vel finita cum glorificassem⁹ deum de fidei principalis auditu, & de bone
voluntatis eius affectu ad peragendarum causarum ceterarū negotiū statim vertimus animum,
simulq³ sumus exorū initiū. Tunc prime narrationis exortu vere fidei nobis tractatus occurrit, ince-
pimus de illa premitus loqui vt inde soliditatis auspicemur exordium, vnde sacre sumpsimus nati-
uitatis initium, quatinus assertionum sanctarū forti premissa sententia, quicquid imposterum
subsequēter aduenit de actis negotiorum fortius sustinere valeat seriem decretorum, Vnam ergo sa-
k. lviij.

ere fidei veram professionem verāq; regulam tenere, nos tota virtute & animi profitemur & acclamamus cunctisq; percipiendam ac retinendam plena deliberatione incessanter predicamus, sicut a sanctis apostolis offensa docetur, sicut a sequentibus patribus orthodoxis disserta probatur, sicut etiam a sanctis illis synodalibus gestis vere sancteq; confirmata dinoscitur, in quibus arii vel euticetis insaniissimus error deprehenditur & radicitus extirpatur, sicut deniq; in sacris missarum solemnitatibus concordī voce profitemur ac dicimus,



CREDIMVS IN VNVM DEVM PATREM OMNIPOTENTem factorem celi & terre, visibilia omnium & invisibilia conditorem. Et in vnum dominum iesum christum filium dei unigenitum, & ex patre natum ante omnia secula, deum ex deo, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, natum non factum, omouision patri, hoc est eiusdem cum patre substantie, per quem omnia facta sunt, que in celo & que in terra, qui propter nos & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de spiritu sancto ex mariavirgine, homo factus & passus sub pontio pilato ac sepultus, & tertia die resurrexit. Ascendit in celos, sedet ad dexteram patris, inde venturus iudicare in gloria viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus & in spiritum sanctum viuificantem ex patre & filio procedentem, cum patre & filio adorandum & glorificandum, qui locutus est per prophetas. Et vnā catholicam atq; apostolicam ecclesiam. Confitemur vnū baptisma in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi. Amen. Huius fidei sancte regula idcirco nunc tractatus non recipit aperturam, quia & a sacris doctoribus abunde constat exposita, & imminentium causarum negotia ad alia trahunt peragenda.

Capitulum secundum.

A Secunde disputationis occurſu affuit negotium, tam facile quam & graue, in quo de refugis atq; periculis disputatione commota, vtrum ne possit eorundem contemperari sententia damnatorū, magno satis conatu est exquisitum, sed cum illarum series conditionum ad quas decursis non longe temporib; pro eorum penuria hostilitatis vastitas nos iurare coegerat, nostris esset auditibus recentita, tam reperimus obligationis illic inesse censuram, vt macularum suarum nodositas non tantum videretur prohibitionem dedisse transgressionum quantum conuulsisse viscera pietatum. Aderat enim quod in vtroq; pauor agebat, & ne sancti nominis profanatio fieret, & ne miserationis operatio interiret, quia ex dei nominis profanatione non aberat quod terrebat, prohibicionē pietatis aderat quod tendebat. Dū quoq; alteri periculi obiectu sibi prolata sententia repugnaret, periclitabamur accipites in bifido partium dissidentium calle, quo direptionis tramite iudicium properaret. Sed cum gressibus disputationis nostre esset difficultatis congressio, & de via nos deieisset properandi, tandem relicto discrimine cum fragore singulorum & imbris lacrimarum ad deum qui pietatis fons est verba simul & corda conuertimus orantia. Spira sancte spiritus & ducito nos in portum voluntatis tue ledatis fluctibus ignorantie nostre, ecce enim periculi syrtes in littore cursus nostri pueniunt, atq; hinc inde obuiantibus naufragiorum obicibus quo disputationis nostre vela pandamus attentionis consideratione non cernimus, sed aspira tu sancte spiritus & dato nobis te donante nosse quod iubeas, ac te iubente implere posse quod iusseris, vt perlustrando illumines quod nescimus, & adiuuando periculas quod implere pauemus. Simus ergo in te requiescentes, & erroneorum fluctuum paucibus abiectis commercia nos iube disponere pacis. Incohemus illa que & in gloriam tue omnipotentie conferantur, & humane saluti te annuente donentur. Tribus non procul excursis cum quorundam refutatorum tumultuosa seditio frequenter vastationes terris inferret, & scandala populis cum excidiis irrogaret, adeo vt captiuorum turmas duceret, & desolationes ecclesiarum faceret, que tali concussione iudicii, vt contra eosdem eisdemq; simillimos cum omni fere populo acerrima iuramenta daremus. Vnde iurasse nos per attractionē diuini nominis conditio iuramenti demonstrat, & ne resolui queat sacre scripture auctoritas instat, scriptū nāq; in exodo est. Non assumes nomē dñi dei tui in vānū, nec infontem enī habebit dñs eū qui assumpserit nomen dei sui frustra. Item in leuitico. Non periurabis in noīe meo, nec pollues nomē dñi dei tui, ego dñs. At vero quia illata psurarū acerbitas resolui possit ac debeat, tā vinculoꝝ & lamentorum horū aspitas insinuat, quā eiusdē auctoritatis dominice precepta commendant, etenim iuxta veterem translationem ita quosdam per Esaiam graui exprobrauone dominus increpat & arguit dicens, Ve filiis desertionis dicit dominus, fecistis concilium non per me

per me, & sponſionem nō per ſpiritum meum, adiecere peccatum ſuper peccatum, item in hieremīa, iniquitates noſtre declinauerunt omnia, & peccata noſtra amouerunt bona a nobis, quia inuenti ſunt in populo meo impīi, & loquentes vana ſtatuērunt ad diſpergendos viros, & comprehenderunt, vt laqueus venantis plenus volatilibus, ſic domus eorum plene dolo, & item per eundē. Ve mihi anima mea quia perit reuertens a terra, & qui corrigat inter homines non eſt, omnes in ſanguine iudican- tur, vnusquique proximum ſuum tribulat, omnes in malum ſuas manus preparant. Beneficētie certe que diuinis oculis tanto eſt gravior quanto & inuenitur eſſe preſentior, ſic nos eſaias inſtruit dicens, Diſſolue colligationes impietatis, ſolue ſciculos deprimentes, Paulus etiam vās electionis, pietas ad omnia vtilis eſt. Et iacobus, Iudicium ſine miſericordia illi fiet qui non fecit miſericordiam. Superex- cellit autem miſericordia iudicio, Iohannes item, Qui odit fratrem ſuum homicida eſt, & ſcitis quia omnis homicida nō habet vitam eternam in ſe manentē. Et per ſemetipſum veritas, Diligite inimi- cos veſtros, benefacite hiſ qui vos odiunt, & iterum, dimittite & dimittetur vobis. Si autem non di- miſeritis, nec pater veſter celeſtis dimittet vobis peccata veſtra. Ecce ſunt dominice iuſſionis hinc in- de aſſipulata firmiſſima cautioe precepta, ac proinde quia ſunt diuini oris proſecutione taxata ma- nebunt per omnia eterna lege preſcripta, Quid ergo? Et iuramenta iuſtitie & iuramēta pacis ſibi contra- ire narrabimus dum ſcriptum ſit, miſericordia & veritas obuiauērunt ſibi, iuſticia & pax complexe ſūt ſe? At qui controuerſiarum lapſus eſſe intētionē faſſi ſumus, & cum vnus partis aſſertionem narra- uimus non impendendam, cur alterius aſſertio partis iacture patietur inſtantiam? Et quia iurame- ti cuſtodia vltionem non temperat pauſcendam. Idcirco impietatis atrocitas mortem pariat execra- dam, abſit. Etenim ſi publicis ſacramentorum geſtis (quod deus auertat) a quibuſlibet illicita, vel non bona extiſſe conditio allegatur, que aut iugulare animam patris, aut agere compelleret ſuprum ſa- cratiſſime virginis, nunquid tolerabilius eſſet ſtulte promiſſionis eiicere vota, quam inutilium pro- miſſorum cuſtodia exhorrendam criminum implere menſuram? Quod ſi ita eſſet quomodo cre- deretur vnus obſeruantia iuſſionis ſons pietatis, cum emitteret tribulos vltionis? Aut quenam illa eſ- ſet ſacre obſeruatō legis, que ſacrilegia, committeret probitatis, vel cuius menſure iniquitas videretur, vt ex vnus precepti cautela necis exoriretur immanitas truculenta? At nunc non ita contēdimus vt cō- tentionum diuortiis concitatis nos ipſos contētionis certaminibus miſceamus, eſt vera pax in vtroque quod dicimus, quia ſic ſpiritus ſanctus iter noſtrum ac curſum temperat, vt i nullo deuius nos caſus a diſpoſitione ſecludat, Vnde plena iam voce pleniori fide pleniffimaque intentione predicimus, atque in tota ſanctę eccleſię vniuerſitate predicamus pariter & optamus nulla pſanatione ſolius & ſumme di- uinitatis nomen exiſtere aſſumendum, nullo periurio ſacrilegii indebito profanādū, nullo vnquam conta- ctu fallacie contingendum, Nā ſi atteſtante veritate propter profanationem periurii euitandam pro- hibetur omnino iurare cum dicitur, ſit ſermo veſter, eſt eſt, non non, quod autem plus eſt, a malo eſt, quomodo impunitum erit nomen tante glorie voluntarie profanaffe, dum in eo taxata fides diuoſci- tur interiſſe? vel quatenus pacis federa inter gentium diſſidia ligabuntur, ſi non iuramenti pacta ſan- ctiori integritate ſeruentur. Et enim omne quod in pacis federa venit, tunc ſolidius ſubſiſtit, cum iura- mēti hoc interpolitio roborat, ſed & omne quod animos amicorum conciliat, tunc fides durat, cum ea ſacramēti vincula ligant, Omne etiam quod teſtis aſſipulatur, tunc verius conſtat cum id adiectio iurationis affirmat, quod ſi & geſtis deficiat, nocentis fidem ſola iuriſſurandi, taxatio manifeſtat, hinc vt mentibus humanis diuina volūtas panderet quod volebat, ne labās fragilitas pro incerto teneret quod inuiolate veritatis promiſſio exprimebat per eſaiam loquitur dicens, Ego dominus & non eſt alius, in memetipſo iuraui, Si ergo tante inſtitutiōis limite ſunt votiua iuramenta ſeruanda quis alie- nus a veritate conſtituat execrabiler violanda. Stabunt ergo ſacre auctoritatis viuifica iuſſa, nec vana profanatione erunt aliquatenus temeranda Verum ne iuramenta que data ſunt videantur in nos ita penitus miſerationum conſuliſſe precordia, vt nullam de pietatis affectu animę viſcera concipiant in- dulgentiam parituram ſic ſtabilitis contractibus iuramenti ſinum mię aperimus, atque illa cunctis deo placita miſereri cenſemus, vt nos nec iuramenti teneat cautio reos nec inhumanitas faciat execran- dos. Occurrere certe miſerorum ruinis debet, ſubſidio vnusquique quo valet & ex releuatione aliene vindictę a ſe deī amouere vindictam, libat enim domino proſpera qui ab afflictis pellit aduerſa, vn- de Iob iuuante paſſionis experiētia impēdens patiētib⁹ paſſionis ſue patientiam memorabat, ſua- rum virtutū cathalogū texēs iter cetera ſic cōnectit, bñdictio pīuri ſup me veniebat & cor vidue cōſola- tus ſum. Et paulo poſt, flebam quondā ſup eo qui afflictus erat & cōpatiēbatur anima mea pauperi.

Hinc & salomō. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses, qui
 bus sancte auctoritatis instructi decretis nec sanctum nomen profanasse nos constat, quod nullatenus
 profanandum ius nostre predicationis insinuat, & indulgentie visceribus adaperitis licet oris sui
 proleione damnati difficile mereantur absolui, iuxta quod scriptum est, Sanguis tuus super caput tuum,
 os enim tuum locutum est aduersum te, Iterum, ex ore tuo condemnaberis, & ex ore tuo iustifi
 caberis, tamen pietatis intuitu & precedenti viam pandimus & misericordiam prorogamus, huius
 sane promissionis incaute crudam, cruentamque temperare sententiam illa quam maxime compellimur
 causa, quod hec duo mala licet sint oīno cautissime precauenda, tñ si periculi necessitas ex his
 vnum temperare compulerit, id debemus resolvere quod minori nexu noscitur obligari, quid aut ex his
 leuius, quid ve sit grauius pietatis acumine vestigemus, Etenim dum periurare compellimur, creatore
 quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamur. Cum vero noxia promissa complemus, & dei
 iussu superbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio truci
 damus. Illic enim duplici culparum telo percutimur, hic tripliciter iugulamur, Restat ergo ut hac no
 stra pergat sententia qua misericordie patuerit via, que ita in domino probatur accepta, ut plus iam
 cupiat quam sacrificia veneranda, dicente ipso, Misericordiam volo & non sacrificium, Hac indulgentie co
 cessa licentia miserationis ipsius opus in gloriosi principis potestate redigimus, ut quia deus illi mise
 rendi aditum patefecit, remedia pietatis ipse quoque non denegat, Que ita principali discretionem mode
 rata persistant, ut & illis sit aliquatenus misericordia contributa & nulli gens aut patria per eosdem aut
 periculum quodcumque perferat aut iacturam, hec miserationis obtentu temperasse sufficiat. Ceterum
 quaecumque iuramenta pro regie potestatis salute & contutatioe gentis & patrie vel hactenus sunt exa
 cta vel deinceps extiterint exigenda, omni custodia omni vigilatia indissolubiter decernimus ob
 seruanda, a membro truncatione mortisque sententia religione penitus absoluta, Sed ne prauarum
 mentium versuta nequitia nosmetipsos ad periurii quicquid deuocet culpam, nec a sancte fidei regula
 hanc asserat venire sententiam, tam diuine auctoritatis oracula quam precedentium patrum assera
 huic narrationi curauimus innectenda. Etenim imutabilis deitatis licet dicta sint firmissima crebro
 tamen eius & iuramenta leguntur & penitentia, que sacris extant mysteriis adoperta, Iurare namque
 dei est a se ipso nullatenus ordinata conuellere, penitere vero eadem ordinata cum voluerit immuta
 re. Sic enim per hieremiā dicit. Repente loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, ut eradicem
 & destruiam & disperdam illud, si penitentiam egerit gens illa super malo suo quod locutus sum aduersus
 eam, agam & ego penitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei Et per ezechielem. Si dixe
 ro iusto viro quod vita viuatur, & conuersus a iusticia sua reuertitur iniquitatem, oēs iusticie eius obliuio
 ni tradentur, & iniquitate sua quam operatus est in ipsa morietur. Si autem dixerō impio morte mo
 rieris & egerit penitentiam a peccato suo, vita viuatur & non morietur. Si ergo nostra conuersio sic diuinā
 mutat sententiam, cur miserorum tante lachryme vel pressura tam crudam non temperant ex misera
 tione vindictam? Hinc etiam israelitico populo sepe ultio promissa suspēditur, & niniuitarū perditio
 diuine sententie permutatione sedatur. At vero illustrium laudum titulo preclarus autor Ambro
 sius in libro de officiis primo huiusce rei causa sic loquitur, Est etiam contra officium nonnunquam
 promissum sacramentum custodire, ut herodes qui iurauit quoniam quicquid petitura esset daret si
 lie herodiadis, & necem iohannis prestitit, ne promissum denegaret. Nā de iepte quid dicam qui
 imolauit filiā que sibi victori primum occurrerat, quod votum impleat quod sponderat, ut quicquid
 sibi primum occurrisset offerret deo. Melius fuerat nichil tale promittere, quam promissum soluere
 parricidio. Itē in libro tertio, Purum ergo ac sincerum oportet esse affectum, & vnusquisque simplicem ser
 monem proferat, vas suum in sanctitate possideat, nec fratrem circumscriptione verborum seducat, ni
 hil promittat inhonestum, ac si promiserit, tolerabilius est promissum non facere, quam facere quod
 turpe sit. Sepe plerique cōstringunt se iurandi sacramento, & cū ipsi cognouerint promittendum
 non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciunt quod sponderint, sicut de Herode supra scri
 ptimus, qui saltatrici premiū turpiter promisit, crudeliter soluit, turpe est quod regnum pro saltatio
 ne promittitur, crudele quod mors pro professā iurandi religione datur. Quāto tolerabilius ta
 le fuisset periurium sacramentorum & post pauca de iepte disputās, miserabilis necessitas que soluitur
 parricidio, Melius est votū non soluere, quam id quod sibi is cui promittitur nolit exolui, & post pau
 lulū. Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt, Denique ipse deus sicut scriptura indicat frequen
 ter mutat suam sententiam.

A Vir quoque sanctissimus augustinus investigationis acumine cautus inveniendi arte precipuus, asse-
rendi copia profluus, eloquentie flore venustus, sapientie fructu secundus, hec in suis narrat affatibus.
Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non est sine cul-
pa cum aut iocamur, aut pro misericordia mentimur, illud primum in iocando non est perniciosissi-
mum, quia non fallit, nouit enim ille cui dicitur ioci causa esse dictum, secundum autem minus est,
ideo quia retinet nonnullam beniuolentiam, idem ipse. Non auferat inquit veritas misericordiam,
nec misericordia impediatur veritatem, si enim pro veritate, aut quasi rigidaveritate oblitus fueris mise-
ricordiam, non ambulabis in via domini in qua misericordia & veritas obuierunt sibi. Beatus etiam
papa Gregorius & vite meritis honorandus atque in ethicis assertionibus pene cunctis merito prefe-
rendus sic in libris infert moralibus, Quia ergo beemoth iste tam inexplicabilibus modis ligatur, ut plerumque
mens in dubio adducta unde se a culpa soluere nititur, inde culpa arti-⁹ astrigatur recte dicitur. Nervi te-
sticuli eius perplexi sunt, argumenta namque machinationum illius quo magis relaxatur ut reliquat, eo magis
implicantur ut teneant, Est tamen quod ad destruendas veritatis utiliter fiat, ut cum mens minori &
maximo peccato constringitur, si omnino nullus sine peccato aditus euadendi patet, minora semper
eligantur, quia & qui murorum ambitu ne fugiat clauditur, ibi se in fugam precipitat, ubi breuior mu-
rus inuenitur. Noster quoque seculi doctor egregius ecclesie catholice nouissimum decus precedentibus
etate postremus doctrine comparatione non infimus, atque & quod maius est iam seculorum finitorum
doctissimus, cum reuerentia nominandus ysidorus in libro sententiarum secundo hec pro tali nar-
rat negotio. Non est conseruandum sacramentum quod male & incaute promittitur, velut si quispiam
adultere perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sa-
cramentum, quam permanere in stupri flagitio. Similiter in sinonimis. In malis promissis rescinde fi-
dem, in turpi voto muta decretum, quod incaute vouisti, impia est promissio que scelere adimpletur,
Hec de sacris paginis auctoribusque precipuis breuissime sufficiat prelibasse. Nam plurima colligere
poterit, qui hec attentius legendo quesierit, Ceterum quibus hec nequaquam sufficiunt vel hic sumant cum
rubore silentium quia optat vase electionis anathema esse a christo pro fratribus suis quam perdura-
re crudelibus in delictis.

Capitulum tertium.

B Tertia rationationis alloquio doluimus contra priora monita patrum vota, perniciosissima pe-
ccatorum, nam quanto frequentius illi noxi auetuerunt, tanto studiosius isti perpetrare vetita non quie-
scunt. Sicque per contrarium quod penitus occumbere debuit, insultare non desinit, & res que tot exci-
sa decretis arefcere potuit, ad vicem lernei capitis, (ut ferunt fabule) trunca virefcit. Denique quod non sine
magno dolore dicendum est, reperiuntur quamplurimi negotio muneris perituri mercari velle gratiam
spiritus sancti dum ille premium donat, ut pontificalis ordinis sui sublimis culmen accipiat oblitus ver-
borum petri qui dixit ad symonem. Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum dei extimasti per
pecuniam possideri, proinde quia & visitatum est tantum malum & maiorum frequenter constat mu-
erone succilum, nos quoque huic vulneri canceroso ignitum quod superest adhuc iniicimus ferrum de-
cernentes omnino, ut quicumque deinceps propter accipiendam sacerdotii dignitatem, quodlibet pre-
mium fuerit detectus obtulisse, ex eodem tempore se nouerit, anathematis opprobrio condemnatum,
atque a participatione christi corporis & sanguinis alienum, ex quo illum constat execrabile christo perpe-
trasse flagitium. Quod si aliquis extiterit qui accuset, ille qui hunc ordinem munerum fuerat acceptio-
ne lucrat, & suscepto honoris gradu priuetur, & in monasterio sub perhenni penitentia religetur, illi
vero qui hac causa munerum acceptatores extiterint, si clerici fuerint, honoris amissione mulcentur. Si
vero laici, anathemate perpetuo condemnentur.

Capitulum quartum.

C Quarta congregationis euentu obuius sese nobis intulit pontificalis culminis lapsus, quoniam an-
te flere quam disponere compulsi ex ordine sumus, nam dum secundum carnis assumpte mysterium ec-
clesie sue fuerit dignatus caput existere christus, merito in membris eius intentio episcoporum officia
pagere cernit oculorum, ipsi enim de sublimioribus celsitudine ordinis regunt & disponunt subiectas institu-
dines plebium, unde quanto ipsi frequentius sunt ductores, tanto meritorum lumine deus prefulgere, quapropter
omnes episcopi inter cetera virtutum ornamenta nitore carnis deus propensius enitere, ut ex hoc audientes munditia

CONCILIVM TOLETANVM OCTAVVM.

appetant ex quo doctores immundicia non deturpat, adeo ut si deinceps episcopi detecti fuerint execrabilibus flagitiis cum quibuslibet feminis pollui ac familiari, peculiaritate versari, nouerint se irreuocabili sententia patrum vlcisci, id est & loci & ordinis dignitate priuari.

Capitulum quintum.

- A **Q**uite actionis impulsu peruenit ad totius concilii sacrum auditum quosdam sacerdotes & ministros obliuiscetes maiorum ac veterum constitutorum, aut vxorum aut quaruncumque feminarum immunda societate, & execrabili contagione turpari, & pessima cordis obstinatione, tam sacris litteris quam patrum regulis obuiantes, nec leui quidem respiramine contemplantes quod scriptum est. Sancti estote quonia & ego sanctus sum dicit dominus, & illud apostolicum. Mortificate membra vestra, que sunt super terram id est fornicationem & immundiciam, concupiscentiam malam & auaritiam, quibus quanto est pertinacior vis in malis, tanto auctorum conuenit obuiare decretis, propter quod flagitiis, detectis specialiter hoc a sancto concilio definitur, ut omnes episcopi ad ipsum in suis querere sollicite curent, Et cum hoc verissime reperire potuerint, omnes placita cautione taliter distringant, ut nunquam ulterius tam abominanda committant, mulieres vero seu libere sint seu ancille tam turpiter societate ita omnimode separentur, aut certe vendantur, ut ulterius ad consocios sui criminis reuertendi omnem habeant aditum denegatum, Illi vero si omnino coherceri nequiverint usque ad exitum vite sue monasteriis deputati disciplinis monasticis maneant omnino subiecti.

Capitulum sextum.

- B **S**exte discussionis obiectu quorundam male sibi conscriptorum patuit denotatum elogium, nam relatum est nobis quosdam subdiaconos postquam ad sacri ordinis puenerint gradum, non solum carnis immundicia sordidari cum scriptum sit, Mundamini qui tertis vasa domini, sed etiam (quod dictum nefas est) quoque vxoribus copulari, asserentes hoc ideo sibi licere, quia benedictione a pontifice nesciunt precepisse, Proinde omni exculpationum discessu velamine id precipimus obseruari, ut cum iidem subdiacones ordinantur cum valis ministerii benedictio eis ab episcopo detur, sicut in quibusdam ecclesiis vetustas tradit antiqua, & sacra dinoscitur consuetudo sublatum prolata, omni penitus ab illis sordibus mulierum ac familiaritate remota, Quod si hoc vulnere deinceps tuerint sauciati, mox erunt sub penitentiae oneribus usque ad extremum vite monasteriis religandi.

Capitulum septimum.

- C **S**eptime assertionis accessu adiit cetum nostrum tam inuerecunda progressio quam ignobilis ac detestanda presumptio, quosdam enim aut euentu necessitatum aut metu periculorum ab episcopis sumptis se nouimus ecclesiasticarum officia dignitatum. Et quoniam cum illis hec imponerentur, id sibi fieri noluisse testati sunt, idcirco id spernere atque ad pristina pertetant coniugia, moresque redire, tam nequiter celestia iura soluantes, quam prompte seculi extant illecebris inhiantes. Quia de re nosse nos conuenit quod episcopalis eminentie diuine auctoritas non immerito sacris omnibus esse summa percussit, que ceteris sacerdotibus exercenda prohibuit, scilicet templorum dei sacrationem, chrismatis benedictionem, factorumque ordinum restitutionem, que tamdiu aliter ordinata persistunt quam excellentissime conferuntur, quia & tanto ab eis singulariter impenduntur, quanto eidem summo culmini peragenda seruantur. Quomodo ergo quod in se recipit a se reicere poterit, cum hec a nullo altero conferri quam a solis pontificibus nouit quibus nec ligata solui, nec soluta potuerunt ab aliquo religari. Sic enim ad petrum veritas ait, quodcumque ligaueritis super terram erit ligatum & in celo, & quodcumque solueritis super terram erit solutum & in celo, nequaquam quando poterit profanari quod diuina iussione simulque apostolice traditionis auctoritate sacrum noscitur extitisse, Verum sicut sanctum chrisma collatum & altaris honor euelli non queunt, ita quoque sacrum decus honorum quod his compar habetur, & socium qualibet fuerit occasione perceptum manebit omnimode incouulsum, Ad extirpandum vero radicem huius callide machinationis inutile argumentum, id sibi rationabiliter dari noluerunt obiectu quod sacro sancti baptismatis inappreciable donum est semper & sepe non solum nolentibus verum etiam (quod maius est) nescientibus impartitur sed hoc a nullo penitus profanari permittitur, quod si & hoc opponitur, nec dum rationis capacem existere qui hoc probatur accipere, hinc omnimodo cognoscant, quia si maiores impune non deserunt quod paruuli vel nesciendo vel nolendo percipiunt, quantomagis non conuenit violari, quod pro mortis aut penarum euadenda penitentie occulta dei dispensatione dinoscitur obuuisse. Recedant ergo talium desideriorum sine verecundia impudorati fauores, & licet inuiti perceperint quod non merebantur habere, libenter tamen ob celeste retineant meritum, quod nolendo propter terrene consecuti sunt necessitatis euentum, ut tam inuiti appetant bona diligere, quam sponte videtur desiderantes ipugnare, Quod si quis post hoc phenis dispositionis edictum non sinceriter sacris inheferit

heferit cultibus & abiiciens a se gratiam quam accepit relabitur ad coniugium, moresq; seculi attentā uerit, vel eum redire ad hoc constiterit, mox omni ecclesiastici ordinis dignitate priuetur, & ut apostata a sancte ecclesie liminib; & societate fidelium habeatur prorsus exclusus, monasterii claustris donec vixerit sub penitentia retrudendus.

Capitulum octauum.

Reperimus quosdam diuinis officiis mancipatos, tanta nescientie socordia plenos, ita litterarū & discipline ignaros, vt nec in illis probentur instructi competenter ordinibus qui quotidianos versantur in vltis, Proinde sollicite constituitur atq; decernitur, vt nullius cuiuscūq; dignitatis ecclesiastice deinceps percipiant gradum, qui non totum psalterium, vel canticorum vltimum, & hymnorum, siue baptizandi perfecte nouerint supplementum, Illi sane qui iam honore dignitatum funguntur huiusce tamen ignorantie cecitate vexantur, aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscendi, aut a maioribus ad lectionis exercitia cogantur inuiti. Absurdum siquidem est eos qui ceteros simpliciores & laicos habet docere, quibus & discipline & vite debet esse veluti quoddam speculū ad alius cuius ordinis, vel dignitatis promoueri statum, qui legem dei ignorant, nec litterarū saltem medio critate sunt insigniti. Nullus igitur ad sacra dei mysteria tractanda veniat illotus aliquis, Ignorantie tenebris cecutiens, sed solus is accedat, quem morum innocentia & litterarum splendor reddunt illustrem, aliter ordinaturis & ordinandis imminente impostum dei & eius ecclesie vindicta.

Capitulum nonum.

None intentionis admonitu detecta est ingluuies horrenda voratū que dum freno parsimonie non astringitur religioni contraire monstratur, dicente enim scriptura, Qui spernit minima paulatim decidit, illi tante edacitatis improbe grassantur vt celestia & pene summa continere videantur, Et etiā quicūq; quadragesime dies que anni totius decime putantur que & in oblatione ieiunii domino consecrantur, quib; etiā saluberrime conditio humani generis expiatur, dū a quattuor mundi partibus ad hanc homo religionem creditur adducitur, & quattuor elementis formatur, & propter transgressionem decalogi quattuor decies conuenienter affligitur, illi qui temerarie, hec omnia continent nec voracitatis ingluuiem frenant, & quod peius est paschalia festa illicitorum esum perceptione profanant, quibus ex hoc adeo accerrime interdicitur, vt quisquis sine ineuitabili necessitate, atq; fragilitate, & euidenti languore, seu etiam impossibilitate etatis dieb; quadragesime esum carniū presumpserit attentare non solum reus erit resurrectionis dñice, verum etiam alienus ab eiusdem diei sancta communione & hoc illi cumuletur ad penam, vt ipsius anni tempore ab omni esu carniū abstineat gulam, quia sacris diebus abstinentie oblitus est disciplinam. Illi vero quos aut etas incuruat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat, non ante prohibita violare presumant, quam a sacerdote permissum percipiant.

Capitulum decimum.

Decime colluctationis assensu molestis actibus quib; sagax indagatio pietatis obuiaret decreuit non tam bene regendi licentia, quam se mansuetudo impugnasse probatur, satis vt opinamur illi & gloriosi principis & decreto sancte synodi huius contradictum esse conspeximus, Ita enim sanctus spiritus per vtriusq; definitiones mortalium corda perflauit, vt vitali flatu verborum impostum omnem exureret male concupiscentium rabiem animorum. Actum namq; est definitionibus ipsis, vt quia pietatis diuine incomprehensibilis natura se conditioni mortalium in vnione persone coniūxit mysterio redemptionis humane. Nos quoq; membra capitis huius & perfidie malū & concupiscentiam que radix malorum est omnium, & auaritiam que inuenitur seruit; idolorum pari simul igne ac mucrone totoq; artificio radicit; euellam; ac defecem;. Ab hinc ergo deinceps ita erūt in regni gloriam preficiendi rectores, vt aut in vrbe regia, aut in loco ubi princeps decesserit cum pontificum maiorūq; palatii oimodo elegantur assensu, non forinsecus cetū, aut conspiratione paucorum, aut rusticarū plebium seditione tumultuosa, sed erūt catholice fidei assertores, eamq; hanc que imminet iudeorum perfidia & cūctarum heresum iniuriā defendentes erunt actibus iudices & vita modesti erūt, in puillionibus rerū parci plusq; extēti, vt factione scripturarū vel definitionū qualiūcūq; contractus a subditis vel exigant vel exigēdos intendunt, erunt in conquisitis obligationis gratissime rebus non prespetantes proprii iura cōmodi, sed cōsultantes patrie atq; genti, De rebus cōgregatis ab eis illas tantū sibi vendicent partes quas dictauerit auctoritas principalis regū, quicūq; inordinata reliquerint hereditas bunt successores proprii eorū, & ante regnū iustissime cōquisita aut filii aut heredes capiat iure proximitatis, De affiniū successionē vel munere quis inordinata relicta sint, aut prio tantū filiis, aut heredibus

L M. i.

B. H. In vos qui carminibus
in quadragesima vltimū

C

frequenter proficiant vel propinquis, Ita in eorum cunctis actibus moribus atq; rebus priuate legis auctoritas erit valitura, vt & perhenniter maneant inconuulsa, & non prius apicem regni quisq; percipiat, quam se illa per omnia suppleturum iurisiurandi taxatione definiat, Cui etiam lege vel decreto episcopalem non solum in futuro, sed etiam in presenti reuerentiam apponentes decernimus, vt qui cunq; detractor & non potius venerator decreti eiusdem atq; legis esse maluerit siue religiosus ille sit siue laicus, non solum ecclesiastica excommunicatione plectatur, verum & sui ordinis dignitate priuetur.

Capitulum vndecimum.

- A ¶ Vndecime occasionis articulo decretorum vniuersalium perhenne dedimus firmamentum, scientes quod multimoda semper deus oppressione iudiciorum erumnas releuat oppressorum, & sicut malis exigentibus hominum permittit exercere penurias vltionum, ita cum voluerit grauedines releuat pressurarum, hinc & decreta precedentium patrum ad contentionis iurgium radicitus euellendum rite synodalem fieri censuere conuentum, vt illic de diuersitate iudiciorum preterite lites habeant terminum, vbi sanctus spiritus vniuersalem coadunauerit cetum. Ab hoc ergo spiritu sancto successiones quelibet in posterum aut impune valeant commoueri, vt generalitas tuta valeat consistere, plena decernimus vnanimitate connexi, vt quicūq; pro fidei causis ecclesiasticisq; negotiis aut in preteritis gestis aut in presentibus constitutis, aut in futuris etiam decretis vel sint, vel fuerint definitiones conscripte vniuersalis auctoritatis, nullus deinceps contradicere audeat, nullus vertere presumat, nullus non implere contendat. Nam si quis ex religione contra hec inobediens, aut susurrans, aut certe lacerator, aut inuidus, ac non potius eorundem factor extiterit, gratia & honoris sui & communio nis sacre lugeat amissione mulctatus. Cum vero aut quelibet sancta synodus agitur, aut paciēce inter pontifices quippiam definitur, si pauciores per nescientiam vel contentionem forte dissentiant, aut commoti a plurimorum cetu cum dedecore confusionis abscedant, aut excommunicationis annue sententiam luant.

Capitulum duodecimum.

- B ¶ Duodecime questionis ppositione sacratissimi principis obsecratione piissima pro iudeorū abominabili, ac nefanda perfidia execranda, nostro cetui perpatuit causa, quam iccirco in fine sententiarum censuimus esse ponendam, quoniam eandem gētem delicti sui merito reductam per diuine sanctionis oracula capite positā, dessemus nūc esse in cauda, sed quia xps vt p nobis, ita quoq; p illis mortu⁹ est, iuxta qd ipse ait. Nō sum missus nisi ad cues que pierant domus israel, necessariū duxim⁹ summam p eis impendere curā, pro quib⁹ suam ponere non dedignat⁹ est animā, id quoq; principali clemētia deuotissime approbāte, que ob hoc sui regni apicem a deo solidari preoptat, si catholice fidei pereuntium turmas acquirit, indignum reputans orthodoxe fidei principem sacri legis imperare, & infidelium societate pollui. Nichil aliud pro his ex nostra sententia definitur, quā vt decreta concilii Toletani quod diue memorie Sisenandi regis aggregatum est tempore, a nobis ac posteris omnimoda suppleantur intentione. Qui autem ab eiusdem synodi voluerit sentētia dissentire, vt vere sacrilegum nouerit se condemnari, Diuine trinitatis inseparabile nomen sicut inspiratione mirabili nostrum tractatum primordio illuminauit, ita consummatione sublimi eundem iam perficiendo concludat, vt in illo sit nostrum explicuisse a quo nobis fuit inchoasse. Damus ergo gloriam & honorem eidem sancte & indiuisibili trinitati que nobis & hec dicere contulit, & in se dicta compleuit, que reformauit in extremitate seculorum remedia etatum, & resoluit ligamina vinculo rum, Sit gratiarum salus & benedictio exercituum domino super serenissimo recessuntho principe glorioso gratiarum actio, & reuerentie plenitudo a nobis omnibus in commune ipsi clementissimo principi bonorum gratifico largitori, cui votorum instantia benigna deus attulit complenda, cuius dispositio piissima pressurarum remouit exitia, cuius temporibus confert iustitia vigorem, & exuberat misericordia opulenta, cui dominus post presentis eui tempora diuturnam cum sanctis omnibus tribuat in remuneratione coronam. Nos autem omnes hanc decretorum seriem iustorum & recte si dei vel pietatis, ac iustitie fontem manantem coram deo & angelis eius orthodoxis omnibus, & nūc & in futuro impensius commendamus, obsecrantes vt hanc & reuerenter adimpleant, & ab emulis benigne defendant. Continentibus autem eam diuine seueritatis vltio pauenda pueniat, obseruantibus autē mia profluens pax ppetua & gloria sempiterna cōtingat, Hui⁹ quoq; sine fortitudine vel vigore decreti

gore decreti nostri seriemquam in serenissimi domini nostri reccesiunthi regis edidimus nomine, p
rebus a diue memorie patri suo quolibet titulo exquisitis decernimus oino constare, legem deniq;
qua p execranda principu horreda cupiditate ide clementissim⁹ edidit princeps simili robore firmam⁹,
atq; vt futuris retro temporibus modis omnibus obseruetur pari sententia definimus, que etiam ne
taciturna temporum vel obliuiosa vetustate deferantur huic nostre constitutionum decreuimus vtra
q; innectenda, ita cunctorum memorie commendamus, vt a cunctis regulis superius ordinatis ne
quaqua maneat segregata. Cetera quoq; decretorum nostrorum iudicia, que ab hac sancta synodo
noscuntur esse contexta. si quis couellere forsitan decreuerit, aut temere implere neglexerit, vel infring
gere quandoq; voluerit, per iudicium omnipotentis dei anathema sit, Soli autem deo nostro gloria
in secula seculorum. Amen.

SVBSCRIPTIO EPISCOPORVM NUMERO. LIX. DECRE
TVM VNIVERSALIS CONCILII EDITVM IN NO
MINE PRINCIPIS.

Soliditatem reddidisse fracture atq; fecisse consurgere quod extiterat collisum, & incrementum est
huius mercedis & plenitudo consummate perfectionis. Ponderi & enim collidētis ruine si equalium
proximorum cura conuenit obuiare, quandoq; grandioris erit culpe prelibate incurie discrimen in
currere, si non quo valent ex communi onere sibi commissos procurent populos sublimare. Properā
dum ergo est inter ruinas collisionum cateruas eripere collisum, vt ex hoc iugiter & ultra nec vigo
rem nocendi habeat execranda pressura, & omnis compressus nouerit sancte sanctionis esse sibi col
lata remedia.

Cum decursis ergo temporibus dure dominationis sese potestas grauis attolleret, & in subiectis
populis impiorum dominatus non reformatet iura reginuis sed excidia vltionis, aspeximus subdi
torum statum non ex ordine vegetari rectoris, sed deici ex grauedine potestatis. Contraxerunt enim
reges elata fastigia in brifonti dissidio motionis, & aut in culpis lex ardua seuiebat, aut in spoliis fauo
rem lex voluntaria comodabat. Inde mestos animos non spes fouebat ex munere, sed tolerantia vexa
bat in funere. Vnde iam increpationis occurfu non tantum nos abire sola ratio cogit, verum & ipsa
commotio rerum impellit, vt ex omnium deliberatione animorum concordia illa maneat sententia di
cti, que & sine ausibus rite ponat illicitis, & consultum saluandis iure ferat populis. Quosdā namq;
conspeximus reges postquam fuerint regni gloriam assecuti extenuatis viribus populorum regie p
prie congerere lucrum, & obliti quod reges sint vocati defensionem in vastationem conuertunt, & va
stationem defensione pellere defugiunt, illud grauius innectentes quod ea que videntur acquirere
non regni deputant honori vel glorie, sed ita malunt in suo iure confundi, vt veluti ex debito decer
nant hec in liberorū posteritatem transmitti. Quāobrem in proprietatis illa conatur redigere sinu
pro quo solo constat illos imperii percepisse fastigium, & illud in iuris proprii collocant antro, quod
populi vtilitatis acquisitum esse constat obtentu. Nam nunquid ad illos, aut populorum aduentus,
aut rerum poterat concurrere census, nisi extitissent glorie sublimati culminibus? aut ab equalibus il
li potuerint rerum coaceruatione ditari, nisi per subiectos glorioso apice potuisset attolli? Omnia res
cte totius plebis memoria subiecta principale caput reuelat, attentum debite iussionis obtutu nego
tiorum ab illo prospectat remedium, cui modo gratum, mō debitū irrogant censum. Regalis pin
de orthodoxa sublimitas hec cuncta sibi debere couincit ex quo se regē recognoscit, & inde conquisi
ta non alteri, quam sibi iuste defendit. Vnde non persone, sed potentie subdi hec debere non ambigit.
Regem eterna iura faciunt, non persona, quia non constat sui mediocritate, sed sublimitatis honore,
Que ergo honori debeant, honori deseruiant, & que reges accumulāt regno reliquant, vt quia eos
regni gloria decorat, ipsi quoq; regni gloriam non extenuent, sed exornent. Habeant deinceps iure
conditi reges in regendo iudicia iusta, in parcendo pectora prompta, in conquirendo studia parca, in
conseruando vota sincera, & tanto gloriam regni cū felicitate retentent, quanto iura regiminis & mā
suetudinis conseruauerint & equitate direxerint promisse premium ditionis. Ne non prodisse pute
tur ex fomite rationis reuelare conuenit euidentissima specie operis, vt ex illo nos idoneos assertores
habeat probitas veritatis, ex quo semper semetipsam reseruauerit qualitas actionis. Ecce enim ita ex
gentis nre mediocribus maioribusq; psonis multos hacten⁹ corruisse reperim⁹, & deflemus, vt eorū

L M. ii.

agnitis ruinis non aliud possumus, quam diuine iudicia considerare promissionis, quorum domo-
rum spolia, & potentiarum diuitias simul ac predia ita conspiciamus prorsus exinanita, ut nec fisci vti-
bus commoda, nec palatinis officiis reperiantur in remedium salutare collata. Cuius rei serie
ex utroque concurrente, dum & iudicatos sententia iudiciorum elisit, in eorum bonis ad ipsorum vice
munificatus nemo, pene non tenuisse disciplinam in ordine, sed defectum potuisse penantur in gen-
te illo maiori salutis dispendio cumulado, quod tam hec que a iudiciis vigor iudiciorum abstraxerat
quam illa que qualiscunque prouentus ordine profligationis contriuerat tota proprietatis principum
amplitudo in sinum sue receptionis incluserat, Sicque solo principali ventre suppleto, cuncta totius me-
bra gentis vacuata languerent ex defuncto, Unde venit ut nec subsidium mediocres, nec dignitate
valerent obtinere maiores, quia dum solius potestatis vigor maxima occupauit, totius plebis status nec
minima iura defendit, atque cum omni palatino officio simulque cum maiorum minorumque conuentu,
nos omnes tam pontifices quam etiam sacerdotes, & vniuersi sacris ordinibus famulantes concord-
definitione decernimus & optamus, ut omnis conquisitionis profligatio in omnium rerum viuen-
tium immobiliumque, & moueri valentium corpore vel specie, forma, vel genere que a gloriose memo-
rie cindasuntho rege a die quo in regnum dinoscitur conscendisse reperta quolibet modo extiterit,
omnia in serenissimi atque clementissimi domini nostri recessiunthi principis perhenni transeant po-
testate, & perpetuo deputetur in iure non habenda parentali successu, sed possidenda regali congres-
sione, ita ut iuste sibi debita quisque percipiat, & de rebus ad remedia subiectorum quecumque elegerit
principis voluntas exerceat, illis tantummodo exceptis que memoratus diue memorie cindasun-
thus princeps ante regnum aut ex propriis, aut ex iustissime conquisitis visus est habuisse, In quibus
cunctis filiis vna cum glorioso domino nostro recessiuntho rege maneat diuisio libera & possessio pa-
ce plenissima, Sed ille res quas predictus princeps de iustis prouentibus filiis suis vel quibuscumque ius-
tissime visus est contulisse vel reliquisse omnes in eorum iure maneant inconuulsi illa huius nego-
tii seruata veritate, ut quia grata voluntas domini nostri recessiunthi regis reddere decernit vnicuique
iustissime debita, nemo inuasionis calumniam moueat, aut damna requirat preter que gloriose me-
morie genitorem eius quedam indebite habuisse consulerat.

LEX EDITA IN EODEM CONCILIO IMPERANTE PRINCI-
PE GLORIOSO.

A In nomine domini Flavius recessiunthus rex, Eminentie celsitudo terrene tunc salubrius sublima p-
batur appetere cum salute proximorum pia cernitur compassione prodesse, unde solet contingere
plus commodi de aliena salute conquirat quam de propria humilitate quisque perficiat, In multis enim
quia multorum salus attenditur maioris lucris summa perficitur, Ipsi autem quia priuati commodi
fructus appetitur non satis est si vnius beneficii premium conquiratur, Hinc & illa regendarum tantum-
dem salus est plebi, que non suos priuata voluntate concludit, sed que vniuersitatis limites commu-
ni pietatis lege defendunt, Quapropter ne salutaris ordo imperialibus videatur verbis potius cbi-
neri quam pactis, de sublimitatis obtentu declinamus ad vota supplicum tranquille visionis aspectum,
ut inde salutaris compassio habeat commodum, unde plebes ad apte fuerint supplicationis effectum.
Cum ergo precedentium serie temporum imoderationis auuiditas principum sese prona diffunderet
in spoliis populorum, & augeret eis proprietatis censum erumna flebilis subiectorum, tandem sup-
ne respectio affectu nobis est diuinitus inspiratum, ut quia subiectis regibus reuerentiam dederam-
us, principum quoque excessibus retinaculum temperantie poneremus, Proinde sincera mansuetu-
dinis deliberatione tam nobis, quam cunctis glorie nostre successoribus affuturis deo mediante le-
gem ponimus, decretum diuina obseruantie promulgamus, ut nullus regum impulsiois sue qui-
buscunque motibus, aut factionis scripturas de quibuscumque rebus alteri debitis ita extorqueat, vel extor-
quendas instituat, quatinus iniuste ac violenter indebitum sibi quisque probare possit dominium rerum.
Quod si alicuius gratissima voluntate quippiam de rebus a quocumque perceperit, vel euidenti presta-
tione lucratus aliquid fuerit, in eadem scriptura patens voluntatis prestate conditio annotetur, per quam
aut oppressio principis, aut conferentis fraus euidentissime detegatur, & si patuerit a nolente fuisse
scripturam exactam, aut respiciat improbitas principis, & euacuet quod male construxit, aut certe
post eius mortem ad eum cui exacta est scriptura vel heredes eius, res ipse sine cunctatione debeant
reuocari. Ille autem res que remota omni comprehensionis argumentatione, sed mera libidine
directo modo

directo modo transferunt in principis potestatem, in eis perhenniter iure perdurent, & quicquid ex rebus ipsis idem princeps ordinare voluerit sue potestatis arbitrio subiacet. Verum ut omne huius negotium actionis roboraret sinceritas veritatis cum quacumque rerum scripture & principis nomine extiterint, ab his quos elegerit princeps diligentissime perquiratur, si non aliquod iudicium aut de impressione principis, aut de fraude scripturam faciendis modo quocumque cognoverint. Ac sic aut rite facta series scripture permaneat, aut irrita confecta vaneat. Similis quoque sententia de terris vineis atque famulis observetur, si sine scripture textu tantummodo coram testibus quolibet pacto fuerit definitio. De rebus autem omnibus a tempore limitillani regis hucusque a principibus acquisitis, aut deinceps si pervenerit acquirendis, quocumque forsitan princeps inordinata siue reliquit, siue reliquerit que per regni apicem perantur acquisita fuisse, ad successorem tantummodo regni decernimus pertinere, ita habita potestate, ut quicquid ex his elegerit facere liberum habeat velle. In illis autem rebus que ipsis aut de bonis parentum, aut de quorumcumque pervenerint successione proximorum, ita eidem principi eiusque (si filii defuerint) heredibus legitimis hereditatis iura patebunt, sicut etiam ceteris lege vel concessione paterna patuisse noscuntur. Quod si aliquid de rebus quorumcumque parentum proximorum non solum successione, sed etiam quolibet collatione, aut quocumque contractu aut ius ipsius pervenisse patuerit, si contingat hec inordinata relinqui non ad successorem regni, sed & ad filios vel heredes eius qui conquirit specialiter omnis eadem conquisitio pertinebit. Nam de illis rebus que idem princeps ante regnum aut ex proprio aut ex iustissimo conquisito dinoscitur habuisse, irrevocabili ordine aut faciendi quod voluerit potestas manebit, aut certe filiis eius successione plena patebit. Quod si filii defuerint legitimis heredibus ex his que inordinata reliquerit hereditario iure adire licebit. Huius sane legis sententia in solis erit principum negotiis observanda atque ita perpetim valitura, ut non ante quispiam solium regale conscendat quam iuramenti federe hanc legem se in omnibus implere promittat, quocumque vero aut per tumultuosas plebes, aut per absconsam dignitatem publice machinatum adeptum esse constiterit regni fastigia mox idem cum omnibus tam nefarie sibi consentientibus, & anathema fiat, & christianorum communem amittat tam dire percussione ultione collisus, ut omnis divini ordinis cultor qui illi communicare presumpserit, simili cum ipso damnatione dispereat, & pena tabescat. Nam si quis legis huius seriem ex officio palatino malevolendo, aut detrahendo lacerare voluerit, aut euacuando quandoque vel silenter insultans vel aperte resultans proloqui detectus extiterit, cunctis palatine dignitatis consortiis & officiis mox nudatus omnium rerum suarum dimidiam partem amittat, & in deputato sibi loco reductus totius palatii maneat societate seclusus. Religiosus etiam qui se in hac culpa devolverit simili rerum proprietatis sue dispendio subiacet.

Explicit concilium Toletanum octavum.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII TOLLETANI NONI.

Capitulum primum.

- | | | | |
|------|---|------|---|
| i | Ut de rebus ecclesie nichil episcopi auferant, & qualiter proximi fundatoris ecclesie sollicitudinem gerant. | vii | Ne extra constitutum ordinem mortis sacerdotis heredes rem eius adire presumant. |
| ii | Ut fundatores ecclesiarum quoadusque vixerint earum habeant curam, ipsi que illic ministros eligant servituros. | viii | Ut in scripturis quas sacerdotes vel ministri iniuste fecerint, post mortem eorum habeant annorum numerum computatum. |
| iii | Si de rebus ecclesie pro prestatione aliquid dari dicatur, causa prestiti cognoscatur. | ix | Quantum commodum sibi episcopus tollat de ecclesia cuius tumulaverit sacerdotem. |
| iiii | Quod de conquisitis rebus inter ecclesiam & sacerdotis heredes equalis divisio fiat. | x | De damnatione filiorum qui ex sacerdotibus & ministris geniti probantur. |
| v | Si episcopus monasterium facit vel palatium ecclesiam dicit quartam partem de rebus ecclesie conferat. | xi | Quod servilibus clericis dare debeant episcopi libertatem. |
| vi | Ut episcopus tertiam partem ecclesiarum rerum sibi debitam cui elegerit conferat. | xii | Quod post mortem sacerdotis in libertate servus collata annorum tempus debeat computari. |

L. M. iii.

- xiii ¶ Ut ex libertis ecclesie & personis inge-
nuis geniti ab obsequiis ecclesie non recedant
xiiii ¶ Quod si liberti ecclesie ad eam reuerti
noluerint, omnis eorum regula iuri appli-
cetur ecclesie.
xv ¶ De obsequio & disciplina libertorum

- ecclesie.
xvi ¶ Quod liberto ecclesie nichil de rebus
suis in alienum liceat transferre.
xvii ¶ Ut baptizati iudei cum episcopis cele-
brent dies festos.
¶ Explicunt capitula.

INCIPIT CONCILIUM

NONVM TOLETANVM HABITVM ERA, DC. LXIII. ANNO TERTIO
RECCESIVNTI REGIS, KALEND. NOVEM. AB EPISCOPIS. XVI.

A **C**VM CANONICE DEFINITIONIS EDICTO IN TOLE-
tana vrbe peragendo concilio post dies kalend. Nouembriū anno septimo recces-
sivnti principis gloriosi in basilica sancte Marie semper virginis in vnū fuisse-
mus domino fauente collecti id communi definitione decreuimus, vt capitula
que in priscis canonibus minime habebantur inserta, pari promulgarentur senten-
tia, & antiquis iungerentur regulis perhenni iugitate mansura, & omni reueren-
tia conseruanda, Sed quia nequaquam recte subditos iudicat qui non seipsum prius
iustitie censura castigat aptum nobis & expedibile visum est ante nostris excessibus imponere modum,
& sic errata corrigere subditorum, Tunc namque melius iudiciorum exordia dicuntur, cum iudicium an-
te disponitur, eo quod potius iudicii forma completur cum negotiorum principis equitas iudican-
tium antefertur. Ideo exordium equitatis inchoari a iudicibus debet, vt perfecta iuris causatio limite
apertius formet.

Capitulum primum.

B **O**Mnis itaque rei ecclesiastice quantitas sicut remedium venie tribuit conferenti, ita damnum rite
preparat fraudatori, Et ideo nullus sacerdotum vel ministrorum ex rebus ecclesie que in qui-
buscunque locis a fidelibus largiuntur aliquid auferat, & iuri suo aut cathedre proprie ciuitati connectat.
Deuotio enim vniuscuiusque sicut gratanter votum contulit, ideo ita definiuit quod plenitudo voto-
rum conseruaretur in loco in quo velut si locata tenentur, manet gratia offerentis, ita si frustratur im-
minet peritias defraudantis, Verum vt huius rei potior soliditas habeatur, condignis filiis, vel nepo-
tibus, honestioribusque propinquis eius qui construxit vel ditauit ecclesiam licitum sit hanc bone inte-
tionis habere solertiam, vt si sacerdotem seu ministrum aliquid ex collatis rebus preuiderint defraudare,
aut commonitionis honeste conuentione compescant, aut episcopo vel iudici corrigenda denuncient
Quod si talia episcopus agere tentet metropolitano eius hec insinuare procurent, Si autem metro-
politanus talia gerat regis hec auribus intimare non differant, Ipsi tamen heredibus in eisdem reb-
us non liceat quasi iuris proprii potestatem preferre, non rapinam, non fraudem ingerere, nec violentiam
quancunque presumere, sed hoc solum in salutarem sollicitudinem adhibere, quod aut vt in nullam no-
xam operatio nocens attingat aut vt in multam partem aut aliquam salutaris merces assumat. Si
quis vero deinceps hec monita temerare voluerit, & male rapta cum confusione restituet & excom-
municationis annue sententiam sustinebit.

Capitulum secundum.

C **C**um sepe sit solitum etiam illa que non debentur prece supplicationis & vi quodammodo extor-
queri doloris, quatenus magis & sine obstaculo concedi debent exquisita simul & ordine iuris & dolore
compassionis. Quia ergo fieri plerumque cognoscitur, vt ecclesie parochiales, vel sacra monasteria ita
quorundam episcoporum vel insolentia vel incuria horrendam decidant in ruinam, vt grauior ex-
oriatur edificandis meror, quam instruendo gaudii extiterat labor, unde pia compassione decer-
nimus, vt quamdiu earumdem fundatores ecclesiarum in hac vita superstitibus extiterint, pro eisdem
locis curam permittantur habere sollicitam & sollicitudinem ferre precipuam, atque rectores idoneos in
eisdem basilicis iidem ipsi offerant episcopis ordinandos, Quod si tales forsitan non inueniantur,
ab eis, tunc quos episcopus loci probauerit deo placitos sacris cultibus instituat cum eorum coniu-
tia seruitorios